

**Séquence I, texte 2.**

**Cicéron, De Republica, livre 6 (Le Songe de Scipion), chapitres 13 à 16, extraits.**

*A la fin du dialogue, Scipion Émilien (Publius Cornelius Scipio Æmilianus Africanus Minor) raconte à ses amis un rêve, où son grand-père adoptif, Scipion l'Africain (Publius Cornelius Scipio Africanus Major), le vainqueur de Carthage (2<sup>ème</sup> Guerre Punique), lui est apparu. Celui-ci lui annonce son avenir et son destin : les victoires contre Carthage (3<sup>ème</sup> Guerre Punique) et Numance, et les troubles politiques à venir (les réformes des Gracques). Scipion Émilien devra sauver la République ou périr sous les coups de ses proches.*

5 « Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam, sic habeto : omnibus, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruuntur ; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum jure sociati, quae civitates appellantur ; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur. »

*Scipion l'Africain apprend ensuite à son petit-fils que la vraie vie commence après la mort, une fois libéré de la « prison du corps ». Puis Scipion Émilien voit apparaître son père, Paul-Émile (Lucius Æmilius Paullus) ; il lui exprime le désir de les rejoindre tous deux. Paul-Émile lui dit alors qu'il n'en est pas ainsi :*

10 « (...) Nisi enim deus is, cujus hoc templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur, iisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis, quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus animus

15 est in custodia corporis nec injussu ejus, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini.

20 « Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, justitiam cole et pietatem, quae cum magna in parentibus et propinquis tum in patria maxima est ; ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui jam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides (erat autem is splendidissimo candore inter flammam elucens), quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. »

25 Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur.

**Séquence I, texte 2.**

**Cicéron, *De Republica*, livre 6 (*Le Songe de Scipion*), chapitres 13 à 16, extraits.**

**Texte aéré**

« Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rem publicam, sic habeto : omnibus, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur ; nihil est enim illi principi deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius quam concilia coetusque hominum jure sociati, quae  
5 civitates appellantur ; harum rectores et conservatores hinc profecti huc revertuntur. »

(...) Nisi enim deus is, cujus hoc templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur, iisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis,  
10 quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus animus est in custodia corporis nec injussu ejus, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a deo defugisse videamini.

« Sed sic, Scipio, ut avus hic tuus, ut ego, qui te genui, justitiam cole et pietatem, quae  
15 cum magna in parentibus et propinquis tum in patria maxima est ; ea vita via est in caelum et in hunc coetum eorum, qui jam vixerunt et corpore laxati illum incolunt locum, quem vides (erat autem is splendidissimo candore inter flammam elucens), quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis. »

Ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur.